



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvit̃s, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

268. [i.e. 368.] Feria 5. Dominica 4. Adventûs. Quid præterea boni
præparandas vias Domini cupiam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

Feria 4. Dom. 4. Adventus. 655

Conf. 1. Quanta fuerit Patriarcharum fides, Prophetarum Spes, Apostolorum caritas, Martyrum fortitudo, Pontificum cura, Doctorum sapientia, Confessorum obedientia, Virginum castitas, & gaudebo de tanta virtute Sanctorum omnium.

Conf. 2. Et confitebor me coram omnibus sanctis pauperem, & egnum, ulcerosum, & quasi ostiatim ab eis mendicabo, i. a sanctis Patriarchis Fidem. 2. A Prophetis Spem. 3. Ab Apostolis charitatem. 4. A Martyribus fortitudinem. 5. A Pontificibus sollicitudinem. 6. A Doctoribus sapientiam. 7. A Confessoribus Obedientiam, 8. A Virginibus Castitatem.

MEDITATIO CCCLXVIII.

Feria 5. Dominic. 4. Advent.

Quid praterea boni ad preparandas vias Domini cupiam.

Aspiciam meam inopiam & necessitatem preparationis ad Domini Adventum. Petam a Domino sequentes virtutes.

Conf. 1. Si homo homini tam sollicitè parat competēs hospitium, cavetque, ne quidquam desit amico venturo, quanto amplius me convenit agere, ut quàm optimè venturum Deum Incarnatum accipiam.

Conf. 2. Quàm sit mihi necessarium, ut me

EE 4 Deus

656 FERIA 5. DOMIN. 4. ADVENTUS.

Deus benignis oculis aspiciat, illuminet, inflammet, & mundet, largiaturque mihi Fidem firmissimam, Spem certissimam, ardentissimam Charitatem, Prudentiam, Justitiam, Fortitudinem, ut vitijs & peccatis resistam, & pro Domino magna faciam. Temperantiam, ut in omnibus ad corpus pertinentibus modum teneam. Ut mihi det, donum Sapientiae, quò efficacius divina cognoscam, & prægustem. 2. Donum intellectus, ut intima mysteriorum penetrem. 3. Consilij, ut à Deo in omnibus movear. 4. Scientiae, ut in omnibus, ad rationem spectantibus, agenda & vitanda cognoscam. 5. Fortitudinis. 6. Pietatis, ut Deum reverenter colam. 7. Timoris, qui me sollicitum in virtutibus faciat.

MEDITATIO CCCLXIX.

FERIA 6. DOMIN. 4. ADVENTUS.

*Quid amplius boni ad preparandas vias
Domini cupiam.*

Visâ necessitate preparationis, quàm dignissimè ad Domini adventum, sicut oportet, recipiendum, petam à Domino plures virtutes.

Conf. 1. Si Deus naturam Angelicam fuisset assumpturus, qualem apparatus non invenissent illi Spiritus amantissimi, Sapientissimi, potentissimi, quales thronos &c.

Conf. 2.